



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam**

**Gianotti, Alfonso**

**Ingolstadii, 1658**

Reverendißimo in Christo Patri Amplißimo Præsuli, ac Domino D. Gerardo  
In Celeberrimis Monasterijs, Alderspacensi Et Gottscellensi, Dignissimo  
Abbati, Ordinis Cisterciensis In utráque Bavariâ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

Reverendissimo in Christo Patri  
Amplissimo Praesuli, ac Domino

**D. GERARDO**

In Celeberrimis Monasterijs,  
**ALDERSPACENSI**  
**ET GOTTSCELLENSI,**  
**DIGNISSIMO**  
**ABBATI,**

**ORDINIS CISTERCIENSIS**  
*In utraque Bavaria*

**VISITATORI, AC VICARIO**  
**GENERALI VIGILANTISSIMO;**  
Eorundemque Conventuum  
**ADMODUM REVERENDIS,**  
**ET RELIGIONE PRAESTANTI-**  
**BUS PATRIBUS atque FRA-**  
**TRIBUS, &c.**



*bellum, quem tenes  
nunc manus benigno  
oculo*

EPISTOLA

oculo perlegis, REVEREN-  
 DISSIME ANTISTES, ca  
 Italiâ nacti sumus, hoc loci Ger-  
 manorum bono, latinitate do-  
 natum; parvum mole ac pu-  
 milum, sed vel ideò gratiore  
 occupatis; Sensibus verò ac Spi-  
 ritu prope dixerim Giganteum.  
 Elogium eius verbo absolvo, si  
 dicam: Omne tulit punctum,  
 Vetus certè verbum est: tria,  
 Omnia. Huius autem ternarij  
 nomine, in vita quidem spi-  
 rituali, venire hæc tria possunt,  
 Intellectus, Affectus, Effe-  
 ctus, hoc est, si intelligas que  
 agen-

## DEDICATORIA.

agenda sunt in hoc magno Sa-  
lutis & Perfectionis negotio; si  
intellecta diligas, & toto velis  
animo agere; si denique nove-  
ris, quo & modo & ordine agas.  
Hæc tria Vita Spiritualis Sum-  
ma, sive Omnia. Ac consen-  
tiunt in hoc alij, qui hanc vi-  
tam percipient. Certè magnus  
ille, delicatissimiq; Spiritûs Af-  
ceta Augustinus in illa Ps 118.  
verba de hoc ipso ita pronun-  
tiat: Sæpe, inquit, quid  
agendum sit videmus, nec  
agimus: quia non delectat,  
ut agamus. Prævolat In-  
telle-

)( 4

EPISTOLA

intellectus, & tardè sequitur  
 & aliquando non sequitur  
 humanus atque infirmus  
 Affectus. Ideo ergò desiderare  
 concupiscebat (Regius Psalter)  
 quæ bona esse cernebat,  
 cupiens eorum habere delectationem,  
 quorum potuit videre rationem.  
*Quæ in rem nostram aptissima sunt.*  
 Inter tria quæ *Omnia esse diximus,*  
 primum etiam *Divo isti Intellectus esse,*  
 alterum *Affectus.* Sed hæc *Divo*  
 nondum *Omnia,* nisi *Tertium*  
 accesserit, *Effectus.* In hoc ab-  
 solutio

## DEDICATORIA.

solutio demum Negotiationis  
sancta, in hoc victoria, Trium-  
phus & Corona Operis. Hic ta-  
men Effectus sepiissime non ali-  
am ob causam non sequitur  
quàm quia Modus & via ef-  
ficiendi nulla monstratur, aut  
talis quæ difficultatibus nimis  
vel asperetur reipsâ, vel aspe-  
rari (altem minus cordatis vi-  
deatur. Hinc horror & aver-  
satio, ac prosecutionis locò Fu-  
ga. Si verò Index alicunde  
optatus accesserit, qui viam ad  
jam intellectum, & tantopere  
concupitum Ithesaurum non

15 com-

EPISTOLA

*commonstret solum, sed et  
 cilem commonstret, brevementem  
 planam, quin et amoenam pu  
 ebramque (et sunt tales, quae  
 caelestis Sapientiae viae sunt, p  
 xta illud Prov. 3. 17, Viae enim  
 viae pulchrae) tum enim  
 crescit animus, et dilatato jam  
 Corde, quod S. David expertus  
 scripsit Psal. 118. non iam in  
 trantur tantum viae eius ceme  
 di, sed percurreuntur, aut etiam  
 pervolantur. Haec autem Tri  
 praestat exacte, quem offero, in  
 bellus; cuius Industria singula  
 tripartita sunt; quarum Pars  
 prima*

## DEDIGATORIA.

prima quid facias, docet, Altera ut facias urget, Tertia, qui facias, faciliq; modo facias, instruit. Omnia igitur habet, cum Triahac habet, & punctum tulit omne. Dignus itaque visus est, quem latine ederem, Tu vero, Præsul Reverendissime, dignissimus, cui inscriberem. Primo enim Heliotropium seu Solsequium (id libelli lemma est) Solsequio dico, cum Tibi dico. Quæ hic loquimur, Tu agis; quæ nos Liiteris, Tu Exemplis consignas. Et si Cor tuum Cera aut Char-



## EPISTOLA

Charta, tam quidē lata, quam  
ipsum Cor tuum est ( quod  
Mundo maius, utpote contem-  
ptor Mundi ) Exemplum verum  
tua, intimique Animi tui Actus,  
Characteres forent, libello hoc  
Mundus haud egeret, utpote  
qui in Te, qua liber habet, ex-  
pressius longè et libentiùs le-  
geret. Nunc arcanum tuum  
Tibi. Altera dedicandi caus-  
sa illa erat, quòd Opusculum  
ipsum prae multis alijs tuum vi-  
debatur Patrocinium ambire.  
Querendus in Germania libel-  
lo meo fuit Patronus eiusmodi,  
qui

DEDICATORIA.

quod responderet, quantum fieri  
poterat, illi, cui Italicè editus  
libellus se dicavit. TU, PRÆ-  
SVL AMPLISSIME, inven-  
tus, Primus libri auctor Italus,  
de Societate libellum Italicè lo-  
quentem Magna in Italia Prin-  
cipis Regijs è Gallia Natali-  
bus fulgentissima inscripsit, Se-  
renissima scilicet Allobrogum  
Ducissa MARIÆ. Interpres  
Germanus est, Collegij Ingol-  
stadiani incola. Isto ego mini-  
mè invito, idem Opusculum  
Magno in Germania Prasuli,  
Tibi inquam, dedicandum,  
puta-

EPISTOLA

putavi; qui Nates suos, Sacri  
 illos, si non Serenissimos, illu-  
 strissimos certè è Gallia è  
 trahit, non Borboniâ quidem  
 domo, sed Cisterciâ: non ad  
 Henrico Magno, Magno tamen  
 imò Maximo BERNARDO,  
 cujus Familia Lilia quoque  
 non desunt, quorum unum id  
 que precelsum Tu quoque,  
 & Quotquot in Laudatissi-  
 limis Cœnobijs tuis R. R.  
 PATRES AC FRATRES, velut  
 totidem Nardi Flores numeras,  
 quos nostra quoque Dedicatio  
 juxta Te prescriptos in Fronte  
 gerit.

## DEDICATORIA.

Sacri gerit. Ne spernat ergò Mimus  
hoc, ut ut tenue sit, Mitra tua,  
quod Coronæ non spreverunt; ne  
repudient Sacratissima Manus  
tua, quod Serenissima sunt com-  
plexa. Lucem dabit libellus hic,  
si lectus fuerit; lucem accipiet, si  
in Clientem à Te Patrono rece-  
ptus.

Hanc verò admissionem eò  
sibi spondet audaciùs, quòd  
plures sui similes, etiam Ingol-  
stadij natos educatosque, Re-  
verendissima Paternitas  
Tua jam olim in clientelam  
benignissimè acceperit, et Bi-  
bliothec-

EPIST. DEDICAT.

bliotheca sua multò instructi-  
sima velut civico quodam  
re, aut certè, domestico dona-  
verit; quos inter si vel ultimò  
loco forulòque poni meruerit  
quē dedicavimus, primam eam  
gratiam putabit. Ingolstadt  
1. Ianuar. 1658.

Rev.<sup>mæ</sup> Paternitatis

Vestræ,

*Nec non*

Vtriusque Religiosissimi

Conventus

*Devotissimus Client*

Joannes Ostermayr,

Typographus.